

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

3.

De

ANATOCISMO,

Quam

TRIUNO OPITULANTE NUMINE
CONSENSU MAGNIF. JCTORUM ORDINIS
IN VIADRINA CELEBERRIMA,
PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,

JCTO CELEBERRIMO,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS BRAN-
DENBURGICI CONSILIARIO, FACULTATIS JURIDICÆ
ORDINARIO, & PROF. PRIMARIO,

Antea

SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI,
ET COLLEGII REVISORII ASSESSORE, ET IN ALMA
HEIDELBERGENSI DECRETAL. PANDECT. & JURIS
GENT. P. P. ORDIN. MERITISSIMO,

DN. PATRONO AC PROMOTORE SUO SINGULARI
OBSERVANTIA COLENDO,

PRO LICENTIA

SUMMOS UTRIUSq; JURIS HONORES & PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA CONSEQVENDI,

Veritatis lance publicè trutinandam exponit

JOHANNES RICKERS, Rhesâ Clivensis,

IN AUDITORIO JURIDICO

Ad D. IX. Nov. An. 1693. Horis Ante- & Pomeridianis. 239.

Francofurti ad Viadrum, Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

Recusa 1715.

Diss. jur. civ.

537,22

*Viro Magnifico, Prænobilissimo, Consultissimo
atq; Excellentissimo*

**DN. HENRICO
COCCEJO,**

JCTO FAMIGERATISSIMO,

**Sereniss. ac Potentiss. Electoris Bran-
denb. Consiliario gravissimo, Facul-
tatis Juridicæ Viadrinæ Anteces-
sori Primario,**

FAUTORI AC PRÆCEPTORI MEO

non pœnitendo et atem colendo,

**THESES HASCE INAUGURALES
Singularis honoris & debitæ obser-
vantia causa**

humillimè sacras facit

JOHANNES RICKERS.

1774



SECTIO PRIMA.

Usuræ ut Juræ Divino, Naturali, Civili, Canonico
& hodiernâ praxi licitæ, Anatocismus verò iisdem
juribus illicitus sit, decidit.

SUMMARIA.

1. **D**etestatio usurariæ pravitatis.
2. Laudatur Imper. Justinianus ob moderationem triplicem usurarum.
3. & 4. Anatocismi definitio verbalis & realis.
5. & 6. Usuras jure Divino licitas esse probatur.
7. Respondetur Grotio.
8. & 9. Usuras jure Naturali licitas esse probatur.
10. Explicatur sententia Philosophorum & Politicorum.
11. Object. (1.) quod pecuniâ sit res naturâ sterilis.
12. (2.) Quod sit constituta ad permutationem.
13. (3.) Quod creditor lucrum captet ex re aliena.
14. Obj. (4.) quod mutuum sit gratuitum & beneficio contraria merces.
15. (5) Commodum esse ejus cuius periculum est.
16. Usuras jure Civili licitas esse.
17. jure Canonico non omnes usuras damnari, nec equidem ultra Jus Divinum.
18. Usuras jure naturali & promitti posse, & deberi non promissas. Usurarum verò usuras eo jure promitti posse, at non promissas non deberi, nisi lege constitutæ sint.
19. jure Civili & Canonico hæc penitus illicitas esse.
20. An jure confirmari possint?
21. An. exceptioni ejus renunciari?

Quam maximè odiosa & detestabilis sit usuraria, quam vocant, pravitas, tum omnia jura, tum res ipsa testatur, cum integras familias illa exhauriat, agros & prædia intolerabili exactione oneret; nec quicquam sit, quod magis avaritiam creditoris nutriat, debitoris inopiam opprimat, & utriusque luxum libidinesque instruat; quod denique calamitosius hominum fortunas præcipitet, ipsique adeo reipubl. quò occultius eò perniciosius noceat.

II. Hinc meritò Jus Civile, & inprimis Imperator Justinianus, avaritiæ & insatiabili libidini usuras exercentium, tanquam Hercules Alexicacus, (uti jure ob expurgatum hoc pravitatis usurariæ stabulum eum vocat Carol. Molinæus) obicem posuit; & cum eas, velut malum quoddam necessarium, planè tollere non posset, quum aliàs pauci futuri essent, qui aliorum necessitatibus, nullo vel exiguo accepto lucro, subvenirent, triplici remedio coërcuit, (1) modum quantitati statuendo. *l. 26. §. 1. C. de usur.* (2) tempus ne ultra alterum tantum currant, definiendo. *l. 27. §. 1. C. eod.* (3) usuras usurarum prohibendo. *l. 28. C. eod.* quæ proprie ANATOCISMUS dictæ *Cic. lib. 5. Epist. ad Attic. ult. in fin. Salmas. de Modo usurarum. Carpz. Asyl. debitor. c. 1. pos. 31. n. 371.* De quo cum in præfenti acturi simus, paucis *Anatocismi* vocem definitionemque excutiemus.

III. Vox *Anatocismi* est à verbo *τόκος*, quod usuram significat; hoc à *τίκτειν*, quod est parere, quasi fors eam utilitatem pariat: Inde *Anatocismus* est *quasi usura iterata*, cum non fors, sed usura aliam usuram parit. Unde & *ἀνατοκία, παλινοκία* dicitur, *Zinsß von Zinsen.*

IV. Est

IV. *Et* igitur nobis Anatocismus vitium, quo usura rursus exigitur ob usuras, non solutas. Et quanquam sint, qui usuras usurarum ab Anatocismo distingvant. quòd hìc fit, cum usuris in sortem redactis usura petitur, tamen, cum omnis usura, ex qua alia usura petitur, sortis rationem induat, vix notabilis aliqua erit differentia. At differt inde versura, quam & ipsam memorat Cicero *d. loc. & in Orat. pro. C. Flacc.* eaque dicitur, quâ debitor æs alienum contracto novo ære alieno solvit. Est autem, teste Festo, id ei nomen inde, quòd hoc genere vertitur creditor, id est, mutatur in alium.

V. Primum autem omnium de justitia usurarum in genere quæri potest? Sed cum & à plurimis prolixè id tractatum, nec hujus adeò instituti sit, paucis defungemur. Quæritur itaque an sacræ sive veteris sive novi fœderis tabulæ usuras prohibeant? Equidem ut Hebræis interdictum fuerit, ne invicem fœnerentur. *Deut. 23. vers. 19.* (quod tamen ad acerbiores fœnerandi rationes alii restringunt, & merito: *Exod. 22. v. 25. Levit. 25. v. 35. & seqq.*) at cum peregrinis & aliis gentibus id planè permissum fuit. *Deut. d. 6. 22. v. 20.* Nimisque frivolum est commentum eorum, qui eam permissionem referunt ad solos hostes: tum quia nulla est prohibitio, nisi inter solos Judæos, qui soli, non ulli peregrini, ab ista permissione certo modo eximuntur. *Deut. d. 1. Exod. d. 1. Levit. d. 1.* tum quia fœneratio est pars commercii, cum hostibus autem non erat liberum Judæis commercium. vid. *Deut. 5. v. 10. & seqq.*

VI. Sic ipse Salvator usuras in parabola tanquam rem laudabilem exhibuit. *Matt. cap. 25. v. 27. & Luc. c. 19. vers. 23.* Oportuit, inquit, te committere pecuniam nummulariis, & reversus ego recepissem utiq; quod meum est cum usura.

Nec obſt. cap. 6. Luc. *Mutuum date nihil inde ſperantes.* Reſp. Præcipit ibi Servator beneficentiam & mutua hominibus officia: præcepto autem beneficentiæ non tolluntur ulla commercia: cum ea invicem nihil adverſentur.

VII. Neq; argumentum Grotii tale eſt, ut aſſenſum extorqueat, cum dicit, ſufficere nobis debere, legem à Deo Hebræis datam. Nam lex iſta civilis ſeu forenſis Hebræorum fuit, non jus gentium, ut ex dictis patet.

VIII. Non minor contentio eſt, An Jure Naturali uſuræ ſint licitæ? Id quod nonnulli Philoſophorum & Politicorum negâſſe videntur: ſic Plato *lib. 6. de Legibus* inquit: *Nullus det pecuniam ſub fœnore, alioquin neq; licebit uſuram neq; ſortem repetere.* Cicero *lib. 2. de Off. in ſin.* dicit: *Fœnerari eſſe nihil aliud quam hominem occidere.* Agis Athenienſium Dux adeo exoſum habuit fœnus, ut omnium fœneratorum tabulas, igne ſuppoſito, in foro cremaverit, quo igne nulum clarius lumen ſe vidiffe dixit Agesilaus.

IX. At ſpretiſiſ his omnibus, uſuras Jure Naturali licitas eſſe aſſerimus, vel hac unica ratione, ſed certiffima, quòd domino uſus pecuniæ ſuæ, uti aliarum rerum ſuarum, naturâ comperat, non alii. Itaque ſi quis utitur alienâ, pecuniâ, perinde tenetur uſum vel æſtimationem uſus domino reſtituere, ac uſum ſeu fructus prædii alieni, ſi eo uſus fuiſſet. Atqui uſura nihil aliud ſignificat quàm æſtimationem uſus, idemq; eſt in mutuo ſimilibuſq; negotiis, quod merces in locatione, & adeo non minus licita, ac ipſa merces locationis. Et licet fortè debitor non perceperit uſuras ex pecunia iſta, tamen non minus tenetur ac is, qui prædio alieno uſus eſt, & ſuâ negligentia fructus, quos potuit, non collegit, quia id domino, qui uſum illum percipere potuiſſet, non obſt. Quin ex pecunia ejusque locatione & commercio, non minus

minus

minus utilitas quæri potest, quam ex ædificio ejusq; loca-
tione, utrumq; enim est res naturâ sterilis, *l. 62 in. pr. ff. de Rei vind.* & utroq; usus rei locatur. Unde Hor. num-
mos fœnori acceptos dixit *cunctos*. Hor. *lib. 1. Sat. 2. in pr.*
Atque ita sentiunt Hagen *de usur. c. 3.* Cloppenburg. *de fœnor. cap. 5. & 6.* Hahn. *ad Wesenb. ff. de usur.*

X. Nec movent, quos allegavimus, Philosophi; quippe qui non de justo fœnoris usu, sed de ejus abusu & excessu, non de eo quod intrinsecum iis est, sed quod accidere eis vitio hominum solet, tractant. Conf. Grot. *lib. 2. cap. 2. num. 10.*

XI. Sic & facile est destruere arcem adversæ sententiæ Aristotelis *lib. 1. polit. c. 6. & 7.* ideo fœnus cum natura committentis, quia pecunia sit suapte natura steri-
lis. Nam & domos & res alias natura infœcundas esse constat, quas tamen hominum industria fructuosas fecit: Itaque etsi ex pecunia fructus naturâ non oriatur: *l. 62. ff. de Rei vind.* operâ tamen commercioq; hominum produci inde fructus possunt. *l. 3. ff. de usur. ear. rer. l. 15. ff. de al. leg. Conf. th. 9.*

XII. Nec magis movet, quod idem Aristoteles ait, u-
suras contra naturam nummi esse, qui constitutus est ad permutandum non verò ad fœnerandum. *l. 1. ff. de contrab. emt.* Nam uti ipse nummus, ita omnis illius usus ab instituto hominum & gentium, non verò à natura est; & in eo consistit, ut possint eo uti, non ut teneantur, neq; decretorium id gentium jus est, sed, (ut ita loqui liceat,) permisivum. Quin nec restrictus est ille usus jure gentium ad permutationes, sed domino jus integrum ut aliis rebus suis, ita & nummis, prout lubet, utendi: sic usus naturalis vini est, ut bibatur, frumenti ut edatur, utrumque tamen & vendi & permutari potest.

XIII,

XIII. Porro opponitur, creditorem lucrum captare ex re aliena. Sed contra, quod nobis ab alio debetur non est æs alienum sed nostrum. *l. 213. §. 1. ff. de Verb. Sign.*

XIV. In omnium quoque ore est, mutuum esse gratuitum, & officio contrariam mercedem. *l. 1. ff. mand.* Sed Resp. Mutuum gratuitum dicitur, quia ex vi negotii mutua præstatio non est, uti est in emptione. At pacto vel lege fieri potest, ut pro mutuo aliquid præstetur, nam & commodatum rei gratuitum est, potest tamen & pro usu ejus merces promitti & conductio fieri.

XV. Denique arguunt ab æquitate, quòd quia pecuniæ periculum accipientis est, etiam ejus comòdum esse debeat. Resp. Hoc naturà verum aut necessarium non est, nisi in re propria; sed videtur in eo aliquid æquitatis esse, & ideo lex civilis aliquando jus inde ita constituere solet. De reliquis dubiis, quæ adhuc moveri solent, videri potest Hagen *tract. de usur.* & Hahn. ad Wefenb. *b. 1.*

XVI. Jure Civili usuras esse permisas, dubium non est, non tamen in infinitum, sed cum certa & justa moderatione. Et quidem veteri quoque jure eas restrictas fuisse patet ex *l. 29. ff. de usur. l. 26. §. 1. ff. de condict. in debit. l. 20. C. ex quia. caus. infam. irrog.* at plenius à Justiniano in *l. 26. C. de usur. ubi DD.* In Imperio quincunces usuras tantum permisas esse, nisi moribus locialæ receptæ sint, satis constat ex *Ordin. Polit. subtit. Von Wucherlichen Contracten.* Etsi autem Gail. *l. 2. obs. §. n. 6.* & Heigius *l. 2. qu. 1.* existiment, usuras nec jure constitutionum Imperii hodierno licitas esse, falli tamen eos patet ex *Rec. Dep. 1600. §. So viel nun.* ubi permittitur ex mutuo quoque usuras quincunces ob moram exigì, si creditor, pluris suâ interesse, probare nequeat. Neque obstat *Recess.*

cess. Dep. 1586. & 1594. ubi prohibitum est, ex causa mutui usuras adjudicare. Nam id ideo, quia mutuum stricti juris contractus est, ex quo nec jure civili usuræ debentur, nisi in stipulationem deductæ sint. At postea in mutuo quoque admisæ sunt usuræ ex mora d. Recess. Dep. 1600. §. So viel nun 152.

XVII. Deniq; Q. an usuræ Jure Canonico licitæ nec ne? Et quanquam illud usuras regulariter illicitas statuatur, easq; damnet, & inter genera criminum deputet, *tot. tit. X. de usur. & in 6to eod. tit. Clement. eod. & c. 2. c. 4. & seqq. distinct. 47. c. 9. dist. 46. c. 11. dist. 88. ubi multa ex Ecclesiæ DD. afferuntur, qui tamen cum fontium divinorum auctoritatem sequantur, eorum quoq; dicta, eandem ferent interpretationem. Jure Divino autem usuras non planè illicitas, sed lege forensi tantùm restrictas esse. th. §. huj. Sect. prolixè probatum est.*

XVIII. Hactenus satis pro instituto de usuris. Sequitur an usuræ usurarum, & quo jure licitæ sint? Ex traditis patet, ipsas usuras sortis omni ferè jure promitti ad certum usque modum posse, & deberi quoque non promissas; sed & anatocismum seu usuras usurarum jure naturæ non modo ex pacto & promissione, sed & non promissas, si lege id constitutum fuerit, deberi quidem ob moram posse existimamus, cum & debitor paciscendo de re sua disponat, & lex moram ejus ita punire possit; uti sanè edicto illo, cujus Cicero meminit *in d. l. §. ad Att. ep. ult.* permisæ & debitæ fuere centesimæ usuræ cum anatocismo anniversario, ut ibi dicitur: unde constat, usurarum menstruam, anatocismi annuam fuisse exactiorem. Sed & quorundam locorum usupermittitur.

XIX. Verùm, si promissæ non sint usurarum usuræ, nec jure naturæ debentur. Jure verò Civili omni &

B

Cano.

Canonico, omnis anatocismus penitus adeo rejicitur, ut nec debeat jure, nec promitti possit ulla usurae usura, idq; ex duplici capite: tum quia jura hac quoq; ratione cohibere usuras voluerunt ex causis *thes. 1.* memoratis: tum quia, uti accessio accessionis non est, sic non commo- di commodum, nec mercedis (cujus instar est usura *th. 9.*) merces, nec denique (cum usurae vicem poenae obti- neant & pro poena morae sint) poenae poena esse queat. Atque ita hodierno quoq; jure omnino improbatus ac illicitus est omnis anatocismus per *Ord. Pol. 1500. tit. 17.*

XX. Est autem anatocismi constans & severissima prohibitio; *l. 28. C. de usur. l. 20. ff. eod. l. 26. §. 1. ff. condict. in- deb. l. 20. C. ex quib. caus. maj. l. ult. §. 1. C. de usur. rei jud.* adeo, ut nullum casum reliquerit Imp.; ubi debeantur, quem- admodum ipse contestatur *in d. l. ult. §. 1.* Unde & solutae repeti possunt, *d. l. 26. §. 1.* & poenarum quoq; sanctioni- bus anatocismus sacer est. *Berl. Dec. 268. n. 5. §. seqq. conf. Sect. 3.* Atque hinc nec jurejur. firmari posse statuimus. Idque Jure civili certum est, *l. 5. C. de legib.* nedum Jure Can. cui omnis usurarius contractus tantoperè detesta- bilis est, & usura animas devorare ac facultates exhau- riri dicitur. *c. 1. de usur. in 6.* quod & sequuntur leges Im- perii: *Ord. Pol. 1577. §. 8.* ibi: *Der Bucher ungöttlich &c.* at- que ideo Canones, etsi juratas usuras praestare jubeant, tamen accipientem ad restituendum eas adigunt. *c. 1. c. 6. c. 20. X. de jurej.* Nec impedit, quod usuras usurarum jure naturali ex pacto deberi, & lege quoque permitti posse traditum sit. *sup. thes. 18.* Nam cum & Jure Canonico & conciliorum quoque autoritate, *c. 5. X. de usur. c. 1. eod. in 6.* represfi & interdicti, quin & Jure Divino quodammo- do reprehensi sint contractus usurarii, ipsique adeo rei- publ. noxii intelligantur; non potest jurej. confirmari, quod

quod est contra bonos mores Canonicos, c. 12. §. fin. X. de jurejur. & in præjudicium reip. vergit, præsertim, cum ipsa vis obligationis naturalis adeò iis lege adempta sit, ut solutæ quoque repeti possint. l. 26. §. 1. de Condict. indeb. Sect. 3. th. 1. Disf. Berl. P. 2. Dec. 268. n. 9.

XXI. Sic nec renunciatio debitoris de non opponenda anatocismi exceptione usuras usurarum illicitas faciet licitas & exigibiles, propter sæpius alleg. l. 28. C. de usur. in verb. *Nulla modo*. legibus autem simpliciter aliquid prohibentibus renunciari non potest. *Gloss. in l. 1. C. de fidej.* & cum ne jusj. quidem sufficiat, nedum simplex renunciatio. Denique eadem facilitate renunciatio, quâ promissio fieri potest. Vid. Berlich. cit. loc. n. 23. & 24.

SECTIO SECUNDA.

Quæ sint & quando desinant esse usuræ usurarum.

SUMMARIA.

- | | |
|---|--|
| 1. In hac quæstione præcipuum esse causæ momentum. | 7. Vel tutor exegit usuras, nec restituit: idq; fieri ob mutationem causæ, non personæ, rejecto Berlichio. |
| 2. Planè rejicitur & refutatur regula DD. Desinere usuras usurarum mutatâ personâ. | 8. Item si fidejussor pro reo usuras solvit. |
| 3. & 4. Aliud principium datur, & duæ causæ, quibus desinit usura usuræ sc. I. solutio. | 9. Modo licitas solverit. |
| 5. II. Mutatio causæ debiti. | 10. Recensentur casus, quibus non mutantur usurarum usuræ, sed manent prohibitæ, |
| 6. Recensentur casus, quibus desinunt esse usurarum usuræ; uti, cum procurator, gestor, | B 2 & si |

- § si mutata personâ. (1) Si id fiat sola partium voluntate. | 16. (4) Si gestor, tutor, vel procurator a se non exegerint. contra Berl.
11. Refutatur iterum Berlich. qui secus esse vult, cum usurae sorti mixtae non sunt. | 17. Resolvuntur objectiones.
12. Sensus l. 58. §. 1. ff. de adm. tut. | 18. & 19. Aliud esse si exactas usuras retineant, non si non exegerint.
13. (2) Mutata per cessionem personâ creditoris. | 20. (5.) In novatione.
14. (4) Mutata personâ debitoris, item in constituta & fideiussione. | 21. Quid in delegatione? dist. ubi resp. fen. & Palatin.
15. Responsum Facult. Jur. Vindob. in eam rem. | 22. (6) Si creditor posterior priori offerat debitum cum usuris.
23. Repetitur quàm falsa sit regula.

I.

Cùm diserte Imp. testetur in *l. ult. §. 1. C. de usur. rei jud.* nullum planè casum se reliquissæ, quo usuræ usurarum præstentur; hinc plurimum refert, quin in eo præcipuum hujus materiæ momentum situm est, & omnis propè cardo rei vertitur, ut accuratè & solidè decidatur, quando usura esse desinat, & fiat fors, adeoque usura, quæ petitur, non amplius sit usuræ, sed fortis. Quòd cùm jure exertè decitum non sit, variârunt in eo Dd. nec res ab Intrepp. evoluta, nedum solidè decisa fuit.

II. Inprimis verò, (quod jure eorum & omnium salvo judicio dictum volumus) non potest non videri erroneum atque ab omni ratione alienum; quod ipsi pro regulâ & normâ statuunt; **MUTATA PERSONA, DESINERE ESSE USURAS; NON MUTATA MANERE.** Grivell. *Dec. 103. n. 12.* Berlich. *Decis. 268. pass.* Carpz. *Pr. Crim. P. 2. qu. 92. n. 82. 85. & Jurispr. For. P. 2. Const. 30. def. 30. & 32.* Id quam sit **erroneum rem penitiùs perpendenti** facile apparebit.

Cùm

Cum utiq; non hic agatur de mutatione, quæ fit in personâ, sed quæ fit in usurâ: nec quæstio sit, an persona debitoris vel creditoris in aliam, sed an usura in sortem mutata sit. Nec verò ex mutatione personæ ullo legitimo modo inferri necessario potest mutatio usuræ in sortem; cum & alter idem debitum cum usura debere possit: Nec denique juris ratio ulla exigit, ut unum idemq; debitum eo solo mutetur, quod alius id debeat. Imò manifestè in ea re pugnam esse, inde evincimus. Certum est, aliud esse debitum ipsum, aliud personâ, quæ debet, vel cui debetur: idq; tum per se patet, tum in correis, ubi plures semper sunt personæ debitorum & creditorum pluresq; obligationes personales, sed semper unum tantum debitum. *l. 2. l. 3. §. 1. l. 9. §. fin. l. 13. ff. de duobus re* adeò res distinctissimæ sint, debitum, & persona, à quâ vel cui debetur! Igitur, si partes nihil aliud faciunt, quàm ut mutant personam, vel debitoris vel creditoris, non ideò erit mutata usura in sortem, cum pugnantia sint, solam personam mutari, & mutari debitum ejusque qualitatem. Quin contrà accidit, ut non mutatâ personâ tamen usura mutetur; ut in *l. 58. §. fin. ff. de adm. tut.* mutatâ personâ usura maneat. *l. 22. C. de pign.* Idq; cum ex Decisionibus à DD. ipsis receptis & exemplis sequentibus quoq; perspicuum futurum sit, rejicienda omnino prædicta regula est, & imprimis in principiis juris rectè definiendis, quib; non ita constitutis, in infinitum deinde aberratur, nihil impedire vel curari debet communis opinio.

III. Ex alio igitur fonte definiendum est, an & quando ipsum debitum ipsaq; usura mutetur, & usura esse definat? Id verò fit ex duabus causis (I) Solutione ej; naturali; cum enim usura sit id, quod debetur pro usu sortis, extinguatur hoc debitum usuræ, & pecunia soluta tran-

B 3

fit in

fit in patrimonium creditoris: perinde ut merces esse definit, quæ soluta est, idemq; in pretio &c. Nec dices, quod solutione desinant quidem deberi, sed non esse: cum merces nihil aliud sit, quàm quod ex locatione pro usu rei vel operæ; & precium, quod ex vendito pro re ipsa debetur, quod debitum cum solutione desinat esse, etiam usura solutione esse desinit.

IV. Hinc ergo usura, quam debitor creditori solvit, in continenti eidem debitori credi potest, atq; inde usura, etsi personæ mutatae non sunt, deberi: illa enim pecunia per solutionem pleno jure facta fuit creditoris, qui proinde eam vel retinere, vel, cuicumq; voluerit, adeoq; ipsi quoq; debitori priori, iterum mutuum dare potest. *arg. l. 34. princ. ff. mandat.*

V. (II.) Altera causa, quâ usura esse desinit, est, cum ipsa debiti causa in aliud debitum, quod totum fors est, mutatur; nam & sic ipsum usuræ debitum ejusque qualitas verè mutatur; cum aliud omninò debitum sit, quod ex aliâ causâ debetur. *l. 14. in princ. ff. de except. rei jud.* Si igitur extinctâ priore causâ ex qua usuræ debebantur, id, quod ex nova causa debetur, mera fors sit, desit utiq; cum pristina causa usura ex ea debita, totumque quod ex nova causa debetur, fors est, ut ex sequentibus decisionibus manifestum est.

VI. Si enim procurator sortem & usuras nomine domini ex mutuo exigat, neque domino restituar, debet usuras totius summæ quam exegit. *l. 10. §. 3. ff. Mandat.* quia quod in causa mutui usura erat, id in causa mandati, ex qua procurator convenitur, mera fors est: mutui enim causa solutione extincta est, in causam mandati verò, quicquid exactum est, eodem jure venit. Idemque est, si tutor nomine pupilli ex causa mutui sortem & usuras

furas

suras exegerit, & pupillus id repetat ab ea actione tutelæ; nam debet tutor totius summæ exactæ usuras ex mora, & tota ista summa in causam tutelæ ut debitum æque principale venit, priore mutui causâ per solutionem extincta *l. 7. §. 11. l. 28. §. 1. & §. ff. de adm. tut.* Atque id probat responsum, quod Berlich. allegat. *d. Decis. 268. num. 14.* sed malè in suam sententiam.

VII. Hinc è contrario quoque sequitur, si procurator vel gestor pro domino, qui ex mutuo debebat, solvit 500. sortis, & 500. usurarum, repetere eum 1000. ut fortem, posse, & totius hujus summæ usuras ex mora: nam & hic ex alia causa, scil. mandati vel negotiorum gestorum repetit, quod debitor debebat ex mutuo: adeoque alia causa est. Idemq; similiter est, si tutor pro pupillo fortem & usuras ex mutuo solvat, & actione tutelæ repetat, totius enim summæ usuras quoq; repetere potest ex mora: quod enim ex causa mutui usura erat, id ex nova causa tutelæ, ex qua tutor repetit, mera fors est.

VIII. Aliud exemplum est in fidejussore, qui si pro reo ex causa v. g. mutui sortem cum usuris solvit, earum usuras iterum petere potest: nam & hîc mutui causa finita est, & ab ea fidejussor solvendo & se & reum liberavit; sed, cum quicquid ita pro reo solvit, repetere ab eo contraria actione mandati possit, in hac causa mandati tota summa fors est, ejusq; usuræ debentur. Quin quotiescunq; ex justa causa facto fidejussoris summa debiti crescit, totum debitor præstare tenetur. *l. 45. §. 6. l. 56. §. fin. ff. mandat. junct. l. 12. §. 9. vers. nec tantum id quod impendi. ff. eod.* Berlich. *d. Dec. 268. n. 33.* qui tamen malè hîc usuras usurarum statuit.

IX. Sed quid si fidejussor ad hoc, ut debitorem liberare posset, mutuum sub gravioribus usuris accipere
coactus

coactus fuerit, An & eas à debitore repetere, & in concursu quoque aliis creditoribus illorum respectu potior esse possit? Resp. Certum est, non posse: cum enim nec ipsas quidem usuras justo graviores, etsi solvisset, repetere posset, nedum harum usuras: nihil enim repetit, nisi quod solveré jure debuit: per *text. express. in. l. 10. §. 12. & l. 29. ff. mand.* facilitati itaq; suæ expensum ferre debet, si, cum potuisset creditori opponere exceptionem usurariae pravitatis, eam omiserit. Carpzov. *P. 2. Const. 30. def. 16. num. 5.* Hartm. *Pist. P. 3 qv. 2. num. 40* Matth. Berlich. *P. 2. Conclus. 38. n. 27. & 28.*

X. Hinc jam perspicuum quoq; fit, quibus casibus usurarum usurae esse non desinant, sed maneant, & causa in anatocismum incidat. Hujusmodi causae sunt sequentes: (1) Si solo pacto & voluntate partes velint usuras pro sorte haberi. Non enim in arbitrio hominum est, usura an sors sit, sed sua cujusq; est distincta substantia. Pactis quidem & conventionibus negotia, quae consensu constant, & adeo à voluntate partium dependent, constitui & mutari possunt; horum enim forma est id, quod partes volunt: *l. 1. §. 2. ff. de pact.* at usurae certam à lege & natura sua formam habent, quae in animo hominum non consistit: atq; uti homines pacto & nutu suo efficere nequeunt, ut quod merces vel precium est, non sit, ita nec id possunt, ut, quod usura est, non sit: Sanè enim contractibus suis legem dicere possunt; *l. 20. §. 1. ff. de pact. dot.* at non ita confundere sortis & usurae substantiam, rerumq; essentias miscere: quod & Imper. in *l. 28. C. de usur.* graviter improbat.

XI. Unde patet quam frivola sit sententia Berlichii *Decis. 268 n. 8.* ubi in casu, quo usurae non sunt principali sorti mixtae, sed super illis specialis & separata obligatio
con-

confecta, existimat, illarum usurarum usuras deberi, quasi mutuum fictione brevis manus contractum: & ita ex autoritate Gothofredi in *l. 28. C. de usur.* obtinuisse refert. Verum neq; talis separata obligatio mutuum facit, neque in ea fictio brevis manus, *arg. l. 34. ff. mandat.* sed totum hoc inane figmentum, & ab ipso Justiniano exploratum rejectumq; est *d. l. 28.* ubi ait, id esse verbis non rebus legem ponere, neque differre id ab usuris usurarum, sed verè tales esse. Quin nec in *d. l. 28.* nec in *l. 20. ff. de usur.* aliud quicquam sunt usuræ sorti mixtæ, quàm usuræ, ex quibus usura promissa est, quippe, quæ tùm pro sorte habetur, & sic sorti omnino mixta est, etsi separata fiat obligatio. *sup. th. 11.* Et cum ne quidem novatio sufficiat, quâ tamen mutatur & alia fit obligatio, nedum obligatio simplex. Neq; Gothofr. id statuit *d. l.* sed ponit usuras creditori solutas & debitori restitutas, saltem brevi manu: qui est ipse casus hujus *th.* Ea verò fictio requirit, ut debitor præsentem paratamq; pecuniam, quam proinde creditor potuit accipere, hujus consensu mutuum retineat. *l. 15. ff. de reb. cred. junct. l. 1. §. pen. ff. de acqu. poss.*

XII. Frustrà verò Gloss. in *d. l. 28.* (quam sequitur Cothman. *Consil. 18. n. 218. vol. 1. & Cons. 36. quæst. 6.*) provocat ad *l. 58. §. 1. ff. de admin. tut.* Cum in ejus specie non sola persona, sed debiti quoque causa mutata sit. *vid. th. 6.*

XIII. (II) Si per cessionem mutata est persona creditoris, usuræ usurarum esse non desinunt: (1) quoniam irrefragabili ratione demonstratum est, nec sola mutatione personæ mutari usuras, *thes. 10.* nec sola pactione. *d. thes.* Præsertim (2) cum cessionarii & cedentis idem prorsus debitum sit: Nec (3) aliud quicquam cessionarius petere possit, quam quod ipsi cessum est, cessæ autem usuræ sunt, non fors. Nec (4) cedens plus juris in alium trans-

C

ferre

ferre potest, quam ipse habet, transferret verò plus fortis, si usuras quoq; in sortem cederet. (5.) Nec cessionarius nomine procuratorio pl9 potere potest, quam cedens potuisset: utiq; verò plus peteret, si ex ea parte usurarum usuras quoque petere posset, ex qua cedens non potuit. (6.) Quin re verà nec mutatur persona creditoris, non magis, quam si quis per procuratorem suum agit; quippe cessionarius est procurator cedentis, etsi in rem suam. Etsi aliàs (7.) his casibus aliorum facto alterius, sc. debitoris conditio gravior ac durior fieret, contra *l. 47. de R. J. Frantzk. lib. 2, var. resolut. n. 115.* Ut adeò longissimè à vero absit sententia Berlich. *d. Dec. 268. num. 37.* etsi pro eà geminum præjudicium afferat.

XIV. (III.) Pari ratione nec desinunt esse usurae usurarum, mutatâ personâ debitoris, quemadmodum tum ex *th. præc.* tum ex *th. 6.* abundè constat. Accedit, quòd persona sola debitoris non videtur aliter mutari posse, quam si alius debitor substituatur, quod fit, si alium deleet. At novatione, cujus species est delegatio. certum est non desinere esse usuras usurarum. Nam, si quis constituit pro alio, qui sortem & usuras debet, se soluturum, nemo dicet, eum ad harum usurarum usuras teneri posse; cum constituens in plus teneri non possit, quam ipse reus principalis, quippe constitutum est accessio debiti principalis, *l. 1. §. 7. l. 3. §. 1. l. 11. §. 1. & seqq. ff. de constit. pecun. & utrumque unum idemque debitum l. 11. §. fin. l. 18. §. fin. eod.* Neque ergò plus in accessione esse potest, quam in re principali: *§. 5. de fidejuss.* neque constituens pro alio, vel fidejussor, usurarum usuras debere, quas ipse reus non debet. *Mev. P. 9. Dec. 159. Diss. Dn. Struv. Exerc. 27. thes. 50. Berlich. d. Dec. 268. n. 34. Frantzk. lib. 2. var. resolut. n. 91. D. Lauterb. per l. 7. §. 12. ff. de admin. tut.* Verùm ibi
usurae

usuræ usurarum præstantur, non quòd persona, sed debiti causa mutata est, quod rectè observat Bachov. *vol. 2. Diss. 3. lit. A.* & infra plenius apparebit.

XV. Atque hinc evidens est decisio speciei, ante biennium, ad hanc Facultatem Viadrinam transmislæ, ceu retulit Dn. Præses; quâ creditor alii cesserat debitum sortis & usurarum, hic verò receperat, pro alio se soluturum debitum, & petebat ex nomine cesso usurarum quoq; cessarum usuras. Illæ verò ex allatis causis nullatenus, & imprimis in ista specie tantò minùs permissi potuerunt, cum expressè in instrumentis adjecta esset clausula, *absq; ulla novatione*; item, *Daß nichts innovirt/ noch die Sache in einen andern Stand gesetzt seyn solte.* &c, ut adeò certissimum sit, in ea specie debiti ac usuræ qualitatem ista conventionione ac cessione nullo modo immutatam fuisse.

XVI. (IV) Porrò, cum gestor, procurator, tutor, qui ipsi sortem cum usuris debent, à seipsis exigere teneantur, *l. 6. §. ult. l. 38. de neg. gest.* quæritur, si à se non exigant, eoque in mora solvendi constituentur, an debeant usurarum quoq; usuras? Neg. non quia eadem persona, sed quia eadem casu manet, & neque soluta usura est, neque mutata debiti causa: si enim debeant, v. gr. ex mutuo, sortem & usuras, licet ultro non solvant, non tamen causa debiti mutata est, nec ex alia quàm mutui causa conveniri possunt. Quod & exertè probatur ex *l. 9. §. 4. ff. de Admin. tut.* Nec sufficit responsio Berlichii, *d. Dec. 268. n. 17.* decisum saltem ibi esse, quòd tutor debeat pupilloolvere usuras, quas patri ejus debuit, etsi graviores illæ sint pupillaribus; non verò quod solas eas non earum quoque usuras, debeat. Nam & evidenter dicitur, tutorem eas usuras agnoscere cogi, quas à se exigere debuit.

At à se non debuit exigere usurarum usuras. Neq; igitur eas agnoscere. Etsi autem Berlichius hic iterum perperam dissentiat, atque Lipsiense responsum alleget; eam tamen, quam propugnamus, sententiam probant quoq; præjudiciisq; muniunt Carpz. *Jurispr. P. 2. Const. 30. def. 32. & in Prax. crim. P. 2. qu. 92. n. 82. Sande lib. 3. tit. 14. defin. 5. & alii apud Berl. d. l. n. 15.*

XVII. Nec quicquam movet *l. 6. §. 3. de Admin. tut.* quâ Berlichius generaliter dispositum esse ait, tutorem, quod adversus alium præstare debuit pupillo, id adversus se quoq; præstare debere. Inde enim assumitur potius contra Berlich. Atqui ab extraneo tutor non exigit usuras usurarum. Itaq; nec à se. *2. Non magis movet. l. 2. de usur. pup.* ubi in genere ejus, quod ex causa tutelæ debetur, usuras præstari debere dicitur. Nam per illud debitum intelligitur fors, quia usuris opponitur. *3. Nihil deniq; faciunt l. 7. §. 12 l. 58. §. 1. & §. fin. ff. de adm. tut. v. thes.*

XVIII. Aliud est, cum tutor & s. exactas à pupilli debitore usuras penes se retinet; earum enim usuras deberi diximus *thes. 6.* illæ quippe & solutæ sunt, & debiti causa mutata est. Et de eo casu sunt text. *th. præc. n. 3.* oppositi: nam in *d. l. 7. §. 12.* dicitur, tutor usuras EXACTAS usibus suis retinuisse; ibi igitur quod pupilli debitor ex alia causa debuit, & SOLVIT, tutor ex causa tutelæ præstat. In *d. l. 58. §. 1. & §. fin.* itidem tutor à contutore mortuo, & curator à tutoribus accepit usuras, & retinuit; igitur & solutæ illæ sunt tutori curatorive, & hi ex nova ac propria causâ debent meram sortem. Atq; ita probè id decidit Carpz. *d. Const. 30. def. 30. & def. 31. n. 1.*

XIX. Denique Qv. si tutor, procurator & s. nihil accepere usurarum, sed cum deberent exigere, moram fecere petendi, eoq; nomine conveniuntur, an & usurarum

rum

rum non exactarum usuras debent? Neg. per *l. 10. §. 3. vers. deniq; ff. mand. Carpz. d. Const. 30. def. 31. n. 2.* etsi enim alia causa videtur, cum tutor & procurator ex causa tutelæ, & mandati conveniantur, is autem, à quo exigere debuere, ex alia; tamen neq; soluta usura est, neq; mutata debiti causa, quam sola mora non mutat, sed ubique eadem manet debiti ratio. Quin ne quidem debent illi sortem ipsam ejusq; usuras, nedum harum usuras, cum actione mandati vel tutelæ ex mora sua tantum teneantur ad id, quod interest: *l. 8. §. 6. ff. mand.* interest autem, quod jure competit, non verò usuras usurarum solvi.

XX. (V.) Non mutatur usura, etsi debitum novatione in aliud mutatum sit. *l. 28. C. de usur. l. 3. C. de usur. rei jud.* quanquam enim novatio similis solutioni sit, per *l. 31. §. 1. ff. de Novat.* tamen neque vera solutio est, *l. 25. ff. eod.* qualem requirit in primis Imp. in *d. l. 28.* nec proprie mutata debiti causa; quia novatio fit per stipulationem, *§. 3. Inst. Quib. mod. toll. oblig.* mera autem stipulatio proprie non est debiti causa, sed cautio, *l. 1. §. 4. ff. de Stip. Præt.* quæ aliam causam, pro qua fiat, requirit, adeò ut, si stipulatio causam non habeat, creditor ex ea agens exceptione doli repellatur. per *text. not. in l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. exc.*

XXI. Unde (VI.) idem est in delegatione, quæ vera novationis species est; adeoq; nec per eam usura mutatur, nec, si debitor sortis & usurarum alium debitorem deleget, ab hoc usurarum earum usuræ peti possunt, *th. præc.* nec interest delegatus meram sortem an nihil deleganti debuerit: Nam per delegationem persona quidem mutatur, at nec proprie solvitur, nec causa debiti mutata est. Secus itaque est, si debitor delegans meram sortem 1000. aureorum debeat, & alium, qui ipsi quoq; 1000. aureos, sed quorum pars usuræ sunt, debet, delegaverit;

hic enim ex tota summa debita scil. ex 1000. aureis usuras debet; quia non suum, sed delegantis debitum præstat, quod præstare delegatus tenetur, etsi nihil deleganti deberet. Et hoc quidem ex eadem illa ratione, quòd delegatione nec propriè solvatur, nec causa debiti mutetur; inde enim sequitur, si delegans usuras debet, delegatum harum usuras non debere; & retro, si delegans fortem debeat, ejo usuras à delegato præstari posse; cum inspiciatur debitum delegantis, quippe quod per delegationem non est mutatum. *thes. 20.* Et in hac specie rectè ita respondere Jcti Jenenses apud Dn. Struv. *Exerc. 27. th. § 1.* quemadmodum ita quoque, ut Dn. Præses retulit, à Facult. Juridica Archi-Palatina responsum fuit.

XXII. (VII.) Deniq; nec usuræ usurarum esse desinunt, si creditor posterior, qui creditori anteriori debitum cum usuris offert, eoque pignus sibi acquirit: hinc harum oblatarum usuras petere nequit, etsi mutata persona sit: per *text. express. in l. 12. §. 6. ff. Qui pot. in pign. l. 22. C. de pign.* Dn. Struv. *d. th. § 1.* nam, nec solutum pro reo est debitum, cum creditor non offerat priori pecuniam animo solvendi pro alio debiti, sed animo sibi acquirendi, & quasi emendi pignoris: *d. l. 12. §. 6.* nec mutata est debiti causa, cum creditor posterior ex ipsa causa prioris creditoris petat, non ex alia.

XXIII. Hinc verò ex tot decisionibus jure certissimis, & ab ipsis Autoribus usq; probatis, sole clariùs cuique rem expendenti apparebit, quàm verum sit, usurarum mutationem non dependere à mutatione personæ, sed causæ debiti.

SECTIO TERTIA.

De Effectibus Prohibiti Anatocismi.

SUM.

1. *Vari effectus & pœnæ Juris civilis.* | 2. *Pœnæ Juris Canonici?*
 3. *Judex anatocismi quis?*
 I.

Effectus prohibiti anatocismi sunt: (I.) Quòd usuræ usurarum, etsi promissæ sint, tamen peti non possunt; sicut enim ad id quod secundum modum statutum debetur, petendum, juris remedia prodita sunt, ita si quis amplius quid stipulatus fuerit, de superfluo nullam habet actionem. *l. 20. 29. ff. de usur. l. 25. § 26. C. eod.* Quòd (II) promissio ipso jure nulla sit. Unde quæritur, si contractui aliàs per se licito, ut mutui, adjectum sit pactum usurarium, an totus contractus ob id vitietur, an verò saltem pro parte, nempe quoad illegitimas usuras? Resp. Non contractum, sed pactum usurarium vitari. *Gail. lib. 2. obs. 5. n. 7.* quia paria sunt, pactum non adjici, vel adjici inutiliter. *l. 6. ff. qui satisd. cog. nec utile per inutile vitari debet. c. utile de R. J. in 6to. l. 1. §. 5. ff. de Verb. oblig.* quemadmodum in simili, in donatione supra debitam quantitatem absque insinuatione facta, receptum & constitutum legitur. *l. 34. §. 1. C. de don.* Hinc quoque est, quando emptio reditū excedit justam pensionem, puta quincunces quod ob id non corruat totus contractus emtionis tanquam usurarius, sed illud quod excedit, rejicitur, & fit reductio ad legitimum modum usurarum. (III.) Quòd solutæ repeti possint; *l. 9. ff. de usur. l. 26. §. 1. ff. de condict. indeb.* *Berlich. d. Dec. 268. n. 6. Carpz. P. 3. Const. 30. def. 7. n. 3. Richter. Dec. 74. n. 10. § de Concur. credit. cap. 7.* etsi scienter factum sit: obligationi enim naturali, quæ inesse videbatur, vis omnis lege detracta atque excussa est. *Sec. 1. th. 20. Lauterb. p. 419.* Nec obst. reg. vulgaris in *l. 38. ff. de R. J. & quòd ille, qui scienter solvit indebitum, donasse videatur*

tur

tur. l. 1. ff. de condict. indebit. l. 9. C. eod. Quia aliud obtinet, cum turpis est causa accipientis, nec is absque periculo animæ retinere rem potest. Mod. Pist. vol. 2. C. 79. q. 3. n. 26. (IV.) Quod accipiens incidat in pœnas usurariæ pravitatis statutas in *Rec. Imp. de An. 1548. & 1577. tit. Von wucherlichen Contracten. sc.* (1) amittit quadrantem sortis, qui cedit magistratui d. *Rec. Imp.* nec hic eam remittere potest. *Ord. Pol. 1577. tit. 17. §. 8.* (2) Notatur infamia l. 20. C. ex quib. caus. infam. irrog. cujus pœnæ, notabiles consequentiæ effectusq; vulgò nota sunt. (3) Extraordinaria pœnâ afficitur arbitrio judicis pro ratione circumstantiarum, etiam criminaliter: l. 2. p. 2. q. 92. arg. l. f. de furt. & l. ult. ff. de injur. & saltem crimen stellionatus admisisse videtur. l. 3. ff. stellion. quia & dolose facit exigendo, quod sibi non debetur. Deniq; ubi publica utilitas exigit, in quolibet delicto privato ad pœnam extraordinariam procedi potest. l. ult. ff. de extr. crim. Menoch. l. 2. c. 398. *Disf. Bach. vol. 2. disp. 3. lit. C.* (V) Exceptio usurariæ pravitatis opponi potest etiam in executione, & si in continenti probari possit, contra proprium chirographum vim habens paratæ executionis, sive guarentigiatum. d. *R. Imp. tit. 17. §. 58. Finkelth. obs. 40.* (VI) Ei renunciari nequit, nec jurato, ut dictum *thes. ult. Sect. I. arg. l. 38. ff. de pact. Matth. Wesenb. P. 2. Cons. 72. n. 13. & seqq.*

II. Jure Canonico itidem infamis est, c. 11. de excess. prælat. & quæ exegit restituere cogitur. c. 5. ff. de usur. & donec fecerit, vel cautionem idoneam præstiterit, c. 2. de usur. in 6to. sacra communione privatur; d. c. 5. & c. 3. eod. testam. codicillos, & donationes mortis causa facere prohibetur: c. 2. de usur. in 6to. Covarruv. l. 3. var. resolut. cap. 3. Hahn. ad Wesenb. h. l. denique honesta sepultura denegetur. d. c. 2. de usur. in 6to. Cœs. ad Decret. h. l. n. 45.

III. Pro

III. Pro executione vero harum pœnarum, cum crimen usurarum Jure Can. sit mixti fori, volunt locum esse reconventioni; vel judicem secularem pronunciatum inter laicos, ecclesiasticum inter clericos, ut dicit Salicet. in l. 26. C. b. t. Verùm ex jure communi & Recessibus Imperii causa pro seculari habetur.

SECTIO QVARTA.

In quibus causis locum habeat prohibitio anatocismi tradit.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. Nullum casum relictum esse permisi anatocismi. | 6. Secus esse in annuis redditibus, nec eos esse instar usurarum. |
| 2. Non permitti mercatoribus; ubi refellitur Sandius. | 7. Nec permitti ob moram debitorum. |
| 3. Probatur Molinæus. | 8. Quod variè ampliatur. |
| 4. Nec Judæis. | 9. Nec in usuris pupillaribus. |
| 5. Nec si probetur, quod vere interest. | 10. Nec in antichresi. |

I.

QVæ jam abundè in Sect. præcedentibus tradidimus, illa facilem viam parant, ut explicare possimus, in quibus causis prohibitio anatocismi locum habeat. Et quidem dicendum omnino est, in omnibus indistinctè causis prohibitas esse usuras usurarum, nec inveniri causas exceptas: quemadmodum expressè testatur Imp. in l. 28. verb. *Nullomodo C. de usur.* nullo modo usuras usurarum exigi debere: & in l. ult. C. de usur. rei jud. nullum se reliquisse casum, ex quo induci illæ possint.

II. Hinc valet quoque anatocismi prohibitio in usuris rei judicatæ. l. 3. C. de usur. rei judic. quarum con-

D

ditio

ditio hæc est, ut post sententiam dictam, usurarum quidem cursus ad tempus sistatur, nempe intra tempus solvendi judicati, *d. l. 3.* quod condemnatis ex humanitate concessum est; *l. 16. §. ult. de compensat. d. l. 3. princ.* medio itaq; tempore, cum periâ reo nequeat, adeoq; nec moram is faciat, *l. 88. ff. de Reg. Jur. l. 127. ff. de verb. obl.* cessant quoq; usuræ; eo verò lapsio rursus currunt usuræ, non quidem priores sed novæ. *d. l. 3.* Existimat quidem Joh. à Sand. *Decis. Frisic. l. 3. l. 14. d. 11.* finiri novariq; adeo per judicatum pristinam obligationem, ut confusis sorte & usuris harum quoq; usuræ debitæ jure veteri fuerint, per *l. 3. §. 11. p. de pecul. l. 16. §. 6. ff. de pign.* Verùm in eo fallitur; etsi enim quædam equidem novatio necessaria ex judicato fiat, *dd. ll.* tamen ne voluntaria quidem novatione usuræ mutantur, nedum hac necessaria. Quin & eo fallitur, quòd eâ novatione putet tolli priorem obligationem; cum ei sola exceptio judicati obstet, quæ verò absolutis, non victis, datur. *l. 3. §. 11. de pecul. §. l. 16. §. 6. de pign.* Etsi igitur prior actio novata per sententiam, hæc q; differentia inter sortem & usuras abolita videatur, ipseque judex sortem & usuras confundat & in unam summam redigat, non tamen id sufficit, ut ipsa natura usurarum cum sorte confusa videatur. vid. Brunn. *ad l. 3. C. de us. rei jud. Tab. de præsid. deb. egen. p. 3. Sect. 2. art. 2. n. 2.* Berlich *P. 2. d. decis. 268. n. 2.* Et quamvis Molinæus *tract. de usur. n. 45.* & Hagen *de usur. c. 5. n. 29.* justum esse existiment, debitorem contumacem, gratuito legis beneficio ab usum, usuris totius summæ novatæ deinceps mulctari, nihilominus tamen ut anatocismus penitus abolitus, & nullus ei locus cujuscunque causæ prætextu relictus sit, recte censent legales has & punitorias usuras pro rata veteris tantum fortis currere, *dd. ll.*

III. Idem

III, Idem & obtinet in usuris Mercatorum, quas nec Imperator Justinianus excipere voluit in *l. 28. C. de usur.* Quæ sanctio cum generalis sit, generaliter quoque intelligi debet, ut neminē ac ne mercatores quidem excludat; arg. *l. 15. §. ult. ff. de test. mil. l. 1. §. 2. ff. de leg. præstand.* præsertim cum inter mercatores usuraria pravitas frequentior sit quam inter alios *Carpz. P. 2. C. 30. def. 34.* Quod & tum verum est, si mercator, qui jure communi computare potest beses, stipulatus fuerit v. g. trientes. Quanquam enim fieri possit, ut usuræ, etiam computatis harum usuris, sint intra beses, tamen & successu temporis excedere poterunt, & licet non excedant, anatocismus tamen est. Unde nec valebit, etiam si pacti sint, ne debeantur, quæ beses excessuræ sunt, usuræ: quoniam usurarum usuræ penitus & omninò in jure damnantur: per *sapius alleg. l. 28. C. de usur.* & sic indistinctè non valent etiam quantumcunq; modicæ usuræ cum harum longè minoribus usuris promissæ.

IV. Sic nec permittitur anatocismus in usuris Judæorum. *Ordin. Pol. 1577. tit. 20. n. 6.* illis enim usuras immoderatas aliosque contractus illicitos exercere imprimis prohibitum est. arg. *l. 3. C. de Jud. Disf. Berlich. d. Decis. 268. n. 26.*

V. Nec creditorem audiendum puto, si petat & probet, quod revera suâ interest. *Carpz. d. Const. 30. def. 29.* quia non minus id quod interest, ratione rei, ejus accessio est, ac ipsa usura, *l. 1. §. 13. ff. ut leg. caus. cav. l. 27. §. 16. ad SCt. Treb. l. 43. §. 1. de leg. 2. l. 9. C. fam. ercisc. arg. l. un. C. de Sent. quæ pro eo, quod sit.* Ergo nec hujus usura peti potest, siquidem accessionis accessio, cum sit accidens accidentis, in rerum natura esse non potest, per *th. 15. Sect. 1.* Quod & ipsum & rectè extendit *Carpz. d. Const. 30. def. 29.* ad causas mercatorum. Quin nec fructuum usuras esse præstandas probatur per *l. 15. ff. de usur. Dissent. Menoch. de arbit. jud. lib 2. qu. 2. cas. 119. n. 17. & seq. Matth. Berlich. part. 2. conc. 38. num. 33. Idem P. 2. d. decis. 268. n. 25.*

VI. Aliud verò est in annuis redivibus, quorum usuræ rectè exiguntur, cum non sint usurarū usuræ: annui enim reditus non sunt accessio sortis sed ipsa fors merx scil. vendita; adeoq; non minus debitum principale venditionis ac quælibet res, quæ mer-

cis nomine in venditionem venit. Certi autem juris est, venditorem ex mora usuras debere, cum sit contractus bonæ fidei. *Grivell. Dec. 103.*

VII. Nec anatocismus permisus est propter moram debitoris, quod debito tempore non solverit, cum per moram non desinat esse usura, cujus nulla deberi usura potest. *d. l. ult. C. de usur. rei jud. d. l. 28. C. de usur.* Licet itaque Ernest. *Cothm. Vol. 4. Disp. 41. n. 18.* usuras usurarum ob moram debitoris admittat, tamen nec ratione solida, nec jure nititur, sed certæ id rationi *dd. ll.* omnimodo adversatur. *Richter. P. 2. Decis. 74. n. fin.*

VIII. Quod adeò verum est, ut ne quidem creditor, cum ipse ob moram debitoris tantundem pecuniæ mutuum sumere & ex eâ totâ usurasolvere coactus fuit, eas repetere possit: cum quam ipse accepit pecuniam mutuam, mera fors sit, cujus usuræ ex mora debentur; at quod ipsi debetur, pro parte usura est, cujus usuræ damnatæ sunt. *dd. ll.* Unde, etiamsi debitor creditori suo in instrumento obligationis eas expressè omnes promiserit, & quicquid creditor nomine illius sortis solverit, se restitutum caverit, non tamen usurarum usuræ peti aut exigi possunt. *Wesemb. P. 1. conf. 72.* siquidem de re illicita interpolita cautio ipso jure nulla est. *l. 26. ff. de verb. obl.*

IX. Multo minùs, si usuras in sortem redigant, quod in specie *anatocismus* dicunt. *Carpz. P. 2. C. 30. def. 33. & prax. Crim. 2. qu. 92. n. 88.* At nos jam ostendimus *Sect. 2. th. 11.* omnes usuras, ex quibus usura permittitur, sorti mixtas esse, & ita dici rectè posse, quia id, pro quo usura promittitur, sortis rationem recipit: Hoc itaque est illud ipsum commentum & avaritiæ velamentum, quod detexit & plane sustulit Justinianus *in d. l. 28.* & noluit tam inani verborum specie ac fuco rebus ac legibus illudi. Quin & in usuris pupillaribus in distinctè prohibitus anatocismus, nec hactenus earum privilegium est. Licet vero *DD.* in contrarium abeant, tamen hæc sententia ab usu recepto nihil recedit, ut probant *Carpz. d. C. 30. d. 30. n. 1. Sand. lib. 3. tit. 14. def. 6.* Nam, quòd *Berl.* in genere usurarum pupillarium usuras peti posse ait, id jam refutatum *th. 6. 7. 16. 17. Sect. 2.* & æque rejicitur à *Carpz. & Sand. dd. ll.* Quibus autem casibus tutor & s. vel petere usurarum

rarum

rarum usuras possunt, vel solvere tenentur, ut cum exactas retinent, non esse anatocismum, sed usuras jam in sortem vere mutatas, ostensum est *Sect. 2. d. th.* Id ergo nequaquam est speciale in pupillis, sed commune omnibus, etiam majoribus, qui alterius pecuniam exegere & apud se retinent, uti procurator, gestor, &c. *Sect. 2. d. th.*

X. Deniq; nec per antichresin usurae usurarum percipi possunt. *l. 8. ff. in quib. caus. pign. l. 1. § 3. ff. de pign. & l. 17. C. de usur.* ubi quidem creditori antichretico in vicem usurarum fructus rei oppignoratae adjudicantur, licet hi legitimum modum usurarum excedant, non vero anatocismus conceditur: Quin ne excessus quidem usurarum ullus vere ibi conceditur; cum enim incertitudo fructuum multum detrahat vero ipsorum precio, nec tanti omnino valeant fructus incerti, quam certi ac statim redditus, hinc etsi fructus quos percepit, pluris sint, quam est quantitas legitima usurarum, tamen propter eorum incertitudinem minoris videntur, adeoque plus percepisse non intelligitur: *d. l. 17.* unde &, cum fructus certi sunt, & v. g. locata habitatio est, modus excedi nequaquam potest. *l. 14. C. de usur. Carpzov. P. 2. C. 30. def. 40. & 2. seqq.*

SECTIO QUINTA.

Refutantur DD. & Berlichius, qui casus quosdam exceptos a prohibitione anatocismi recensent.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| <p>1. In omnibus casibus, quibus Berlich. & DD. putant licitum esse anatocismum, vel non esse anatocismum vel licitum non esse.</p> <p>2. Ubi semel a ratione Juris discessum, nec finem nec modum er-</p> | <p>randi fieri.</p> <p>8. Refutantur XIV. casus a Berlichio recensiti, in quibus omnibus perperam existimatur permitti jure anatocismum.</p> |
|--|--|

I.

Poterant haec sufficere, ut constaret, quam vere dictum sit a Justin. in *d. l. ult. C. de usur. rei jud.* nullum super esse casum permissi jure anatocismi. At huic Legislatori suo directo contradicunt DD. quidam, ac inter eos Berlich. *d. Dec. 268.* & multos casus recensent, quibus licitus sit anatocismus. Nobis vero fa-

eile erit extraditis ostendere, inter omnes illas, quas referunt, species, ne unicam quidem esse, in qua liberare sententiæ suæ fidem possint; sed omnibus illis casibus, vel non esse anatocismum, vel licitum non esse.

II. Ut verò sit, cum quo litem contestari possimus, eligemus Berlichium *d. Dec. 268.* qui & aliàs in hac materia (quod pace Jcti optimè de praxi Juris meriti dictum sit) nimis à vero deviat, ut vel hoc rursus argumento evidens planè sit, quod & aliàs certissimum est; *eum, qui semel à ratione juris recessit, nec finem nec modum errandi facere posse.*

III. Casus autem illi sunt sequentes:

(I.) Cùm usuræ non sunt forti mixtæ, sed seorsim in obligationem deductæ. Berlich. *d. l. n. 8.* Quod refutatum est *Sect. 2. th. 11. & Sect. 4. th. 9.*

(II.) Cùm jusjurandum accessit. Berlich. *d. l. n. 9.* Quod refutatum est *Sect. 1. th. 24. & 25.*

(III.) In usuris pupillaribus. Berlich. *d. l. n. 10. & seqq.* Quod refutatum *Sect. 2. th. 14. & 15.* Quibus verò casibus id admittitur, in iis sortem esse non usuras, adeoque anatocismum non esse, ibidem ostendimus.

(IV.) Si usuræ promittantur ejus, quod verè interest. Berlich. *d. l. n. 22.* Quod *Sect. 4. th. 5.* rejectum.

(V.) Si renunciatum *d. l. 28.* Berlich. *d. l. n. 23.* Quod refellimus *Sect. 1. th. ult.* & ipse Berlich. rejicit.

(VI.) Si ultra quincunces suâ interesse probet. Berl. *d. l. n. 25.* Quod itidem refellitur ex *th. 5. Sect. 4.* propter hanc enim causam majores quidem quincuncibus usuræ peti possunt, *R. I. 1600. §. 50. vel.* sed non usurarum usuræ.

(VII.) In Judæis. Berlich. *d. l. n. 26.* Quod falsum esse patet per *th. 4. Sect. 4.*

(VIII.) Si Princeps debet, & in mora est. Berl. *d. l. n. 27.* de quo tamen *n. 28.* dubitat. Sed itidem id falsum est, cùm ne quidem jure naturali debeantur usuræ usurarum. per *th. 15. Sect. 1.* Sed etsi princeps promiserit, non tamē creditor, qui lege anatocismi tenetur, ullum jus prohibente lege habere potest; & Principes etsi non teneantur lege civili ejus tamen commoda & beneficia ipsi

ipfi

ipsi æquè ac cives rectè petunt. Quod si verò inter duos sumos principes lis sit, id huc non pertinet, quin inter eos non lex anatocismi vel alia civilis, sed jus gentium obtinet, quo promissæ etiam usurarum usuræ semper & in privatis quoq; debentur.

(IX.) Si usu permissæ Berl. *d. l. n. 28.* De quò itidem ipse dubitat. Verum, si usus inductus vel confirmatus sit ab eo, qui legis condendæ potestatem habet, nihil huc pertinet; eo enim tota hæc anatocismi prohibitio in univèrsum tolli potest. *Seç. 1. th. 13.* At nudo civitatis municipalis usu, nisi à Principe approbato, eas permitti posse negamus.

(X.) In annuo reditu redimibili. Berlich. *d. l. n. 29.* Verum id anatocismum non esse, nec usuram usuræ sed rei principalis probavimus. *Seç. 4. th. 6.*

(XI.) Si fidejussor solutas repetat usuras. Berl. *d. l. n. 33.* Sed & has non usurarum sed sortis esse usuras, demonstratum est *Seç. 2. th. 8.*

(XII.) Mutatâ personâ. Berlich. *d. l. n. 34.* Quod refutatum *th. 2. Seç. 2.*

(XIII.) Si puellæ certa summa pecuniæ cum usuris in dotem detur. Berl. *d. l. n. 35. & 36.* Sed si creditor actionem ei dotis nomine cesit, non possunt earum usurarum usuræ nomine dotis peti, quia ex eadem causâ idem debitum petitur. Sed si solutas à debitore & acceptas in dotem dederit, desinunt esse usuræ, & sic non erit anatocismus. De quo casu verò allegatum responsum loquatur, obscurum est.

(XIV.) Si cessionarius ex cessione petat usuras. Berl. *d. l. n. 37.* Hoc refutatum *Seç. 2. th. 8.* Licet verò Berl. *d. n. 37.* ita iudicatum referat, tamen contrarium à JCrîs Lipsiensibus meritò in Responso *d. n. 37.* subjecto decisum est.

IV. Etiam si autem in allegato posteriore responso Lipsiensi addatur exceptio: **Wosern nicht ein anders unter ihnen abgeredt / und gedachte Zinsen zum Capital gemacht worden.** Quid tamem de ea sentiendum, vid.

Seç. 2. th. 11. & Seç. 4. th. 9.

F I N I S.

COROLLARIA ex Jure Gentium & Civili desumpta.

I.

Legatus Jure Gentium in loco ubi est, & conveniri & puniri potest ex omnibus causis; contra Grotium, qui id ex frivolis rationibus decidit.

II. Per pacem simpliciter factam non deciditur jus causæ, sed de eo tantum transigitur.

III. Pacis naturæ non inest amnestia.

IV. Pacta etiam vi metuque extorta, Jure Gentium obligant.

V. Infantes & fœminæ Jure Gentium in bello occidi non possunt.

VI. Falsa est divisio justitiæ in universalem & particularem, cum universalis justitia non detur.

VII. Concubinatus de Jure Civili tantum impunitus non licitus.

VIII. Concubinâ post mortem filii naturalis ductâ, nepos quantum ad avum legitimatur.

IX. Denique ex concubinâ, quam mortuâ uxore duxi, natus, præfertur in successione liberis legitimè natis.

